Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



135

si uis ad uitam ingredi serua mandata. dicit illi
que. Ihs autem dixit. Non homicidium facies.
Non adulterabis &c reliqua. Diligis proximum
tuum sicut teipsum. Adolescente istum temptatorem esse
&c probare possumus quod
dicente ei dno. Si uis ad uitam uenire serua
mandata. Rursum fraudulenter interrogat. quae sint illa mandata quasi non ipse
legerit. Aut dns posset do iubere contraria.
Dicit illi adolescens. omnia haec custodiui quid
adhuc mihi deest. Mentitur adolescens.
si enim hoc quod positum est in mandatis.
Diligis proximum tuum sicut teipsum. opere com
plereret. Quomodo postea audiens uade
uende omnia quae habes &c da pauperibus.
tristis recessit. quia habebat possessiones
multas. Si uis perfectus esse. uade uende quae
habes &c da pauperibus. & habebis thesaurum
in caelo & ueni sequere me. In potestate te
nostra est. utrum uellimus esse perfecti.
Tamen quicumque perfectus esse. uoluerit.